

4924



h.





NOMINALIBUS  
SERENISSIMI, POTENTISSIMIQUE  
PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI  
JOHANNIS GEORGII  
SECUNDI,  
SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MON-  
TIUM DUCIS, S. ROM. IMPERII ARCHIMA-  
RESCHALLI ATQUE ELECTORIS, LANDGRAVII THU-  
RINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ, SUPERIORIS ITEM  
ET INFERIORIS LUSATIÆ, BURGGRAVII MAGDE-  
BURGENSIS, COMITIS IN MARCA ET RA-  
VENSPURG, DYNASTÆ IN  
RAVENSTEIN,

DOMINI NOSTRI INDULGENTISSIMI,

Sermone Panegyrico,

qui simul

PATRI PATRIÆ DIEM FAMILIAREM,

simul

URBI PRÆSENTIAM PATRIS PATRIÆ

gratulabitur,

ipso S. Johannis Baptistæ festo celebrandis,

Auditores, quotquot

SERENITATI EJUS

è Corpore Academiæ Lipsiensis devoti sunt,

sunt autem Cives à maximo ad minimum omnes,

conciliatos cupit

FACULTATIS PHILOSOPHICÆ  
DECANUS.



*H. B. Lorantus.*





# ngredietur hodie

hanc urbem (certa fama est,) Dominus Urbis, Pater Academiae, Columnen Imperii, JOHANNES GEORGIUS II. Princeps Elector Pius, Magnanimus, Felix. Cras sacram suo Nomini diem apud nos aget. Perendie provincialibus aliis forte praesentiam exoptabilem commodabit. Obruimur non magis laetitiae vix ante paucos praevisa dies abundantia, quam multitudine officiorum. In unum propere anhelitum omnis conjicienda nobis & excipiendi Principis, & conveniendi, & votis prosequendi pietas est. Quam eque in pectore promptam semper, in omnesque casus strenuam gerimus. Sed non perinde expeditum est, siue temporis hilaritatem, quam utcumque mente conceperis, floribus aequare verborum: siue ardorem flagrantis in coelum usque animi stilo nihil humiliore profiteri. Et scimus, ubi magnitudinem fortunae par consecuta sit celeritas, etiam disertissimum quemque obmutuisse. Nec erit tamen, auguramur, Optimo Principum minus grata infantia nostra, quam Maximo quondam Regum Artaxerxi fuit Sinetae manu oblatus est praeterfluente aquae haustus. Hoc enim dono majoris fidei, quam opulentiae Persae excepisse Regem legitur, quem iter facientem immunem transmittere nefas putabat etiam extra villam deprehensus suam. Nos vero domi quidem  
hic



hic sumus: nec ignoramus, Bacchi potius, quam  
Acheloï pocula libari Diis solita: & erunt haud du-  
biè, qui isto quoque genere præsentiam Majestatis  
venerabuntur. Sed est tamen iis etiam, qui aquam  
affundunt, inter ministeria locus. Ipse Princeps  
craftino mane, nihil prius, quæ ejus religiositas est,  
in memoriam revocabit, quam aquas lustrales. In  
his enim eo quondam imbutus est nomine, qui to-  
tum diem peculiari titulo Provinciis festum red-  
dit. Ita dies ex nomine, nomen ipsum ex aquis gra-  
tiam invenit. Imò aquis unicè accessit pretium è  
TER SANCTO NOMINE PATRIS, FILII, SPIRITUS  
SANCTI, quod in illo elemento, quotiescunque  
Christianus initiatur, usurpari DEUS ipse jusfit. Ne  
deferamus coeptam historiam, liceat magnis par-  
va componere. Etiam Artaxerxi placuit aqua Si-  
nætæ, postquam intellexit è Cyro fluvio haustam.  
Adeò familiare suæ genti nomen in plebe quo-  
que latice exosculatus est. Ad aquam baptismatis  
nihil flumen Cyrus. Ne Coaspis quidem, aut Eu-  
læus, quos tamen mensis suis dignabantur Persiæ  
Reges. Enimverò in illo sacro fonte non nomen  
DEI, DEUM ipsum induimus: nec aliorum inau-  
dimus nomina, sed fortimur nostra. Hic Serenis-  
simus Patriæ Pater primùm JOHANNES GEORGIUS  
esse jussus est. JOHANNIS nomen Celsissimæ  
Domui primus intulit is, quem Augustanæ Con-  
fessionis gloriosum postridiè Nominalis sui Ex-  
hibitorem nulla secula conticescent. GEORGII  
VOCA-



FK 7e 49.24

vocabulum parùm abest, quia à Podiebrado Bohemiarum Rege accersitum videri queat: quem gesta pro Hussitis bella ut in visum Pontifici, sic nobis prædicandū effecere. Hujus profectò per Filiam Nepote nemo GEORGIUS Saxoniarum Princeps habetur illustrior. Ambo nomina felicissimis ominibus primò coaluerunt in orthodoxæ fidei Defensore JOHANNES GEORGIO I. qui jam inter Coelites triumphat. Ab hoc in Filium Nepotemq; Dominos nostros Clem. propagata uberem nobis materiem præbent felicitatē crastinæ diei non è nominibus magis, quàm virtutibus hæreditariis metiendi: simul appellandi DEUM, ut delicias diei tam beatæ quàm sæpissime ex Opt. Principum incolumitate intendere nobis velit. Sed in hoc argumento copiosior erit crastina Oratio Juv. Elegantiâ morum, Jurisq; prudentiæ studio probatissimi Godofredi Kelleri Coldiciensis. Qui pro singulari suo in Parentem Patriæ affectu dicendi partes à nobis ultrò flagitavit. Et implebit horâ duodecimâ in Auditorio Phil. Implebit autē, si quid è chartarum lectione prædici potest, cum voluptate auscultantium. Quamquam nihil majorem ipsi par est audientiam facere, quàm nomē Augustissimi Electoris. Per quod Rectorem Academiae Magnif. omn. Collegior. Proceres, omnium Facultatum studiosos, ut pietati publicæ semihorulam indulgeant, obtestamur. PP. pridie Joh. Baptistæ d. 23. Jun. A. 1663.

46



o-  
ta  
bis  
e-  
ur  
ri-  
o-  
at.  
os  
ēt  
vā  
di  
nē  
bis  
na  
ia  
nf.  
tu  
bit  
ē,  
m  
a-  
nē  
a-  
iū  
o-  
ci  
si  
re

ULB Halle 3  
004 807 944  


VD17.









NOMINALIBUS  
SERENISSIMI, POTENTISSIMIQUE  
PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI

JOHANNIS GEORGII

SAXONIAE  
TIUM DUCI  
RESCHALLI ATC  
RINGIAE, MARC  
ET INFERIORI  
BURGENS  
VE

Æ AC MON.  
RII ARCHIMA-  
ANDGRAVII THU-  
SUPERIORIS ITEM  
GGRAVII MAGDE-  
ARCA ET RA-  
Æ IN

Serm

gyrico,

PATRI PA

FAMILIAREM,

URBI PI

RIS PATRIÆ

ipso S. Joh

o celebrandis,

SE

EJUS

è Corp

evoti sunt,

sunt aute

nimum omnes,

FACULT

OPHICAE



*H. B. Loxwitzer.*

